UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 63. Liber de Hæresibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66042

Visual Library

gant, atque id officii præprimis ab Eccleſiæ Doctoribus, ſi, quæ ſcribo, legere dignentur, expecto. S. Auguſtinus ad objectionem ex differentia Gratiæ in duplici ſtatu, nempe Adami, & noſtra, deductam, nihil reſpondet. (*) Sæculum V. A. C. 428.

§. LXIII.

Liber de Hæreſibus.

In hoc libro de Perſeverantia dicit S. Auguſtinus, quod eodem tempore concinnandis ſuis Retractationibus laboraverit, atque etiam in ultima ſua Epiſtola ad Quodvultdeus earumdem mentionem facit, unde patet, eam ſub idem tempus ſcriptam. Quodvultdeus tunc Diaconus Carthaginenſis, & poſt hæc Ejusdem Eccleſiæ Epiſcopus, ad S. Auguſtinum Epiſtolam dedit, qua Nomine totius Cleri rogabat, ut brevem Tractatum ſcriberet, qui Compendio omnes Hæreſes, ab initio Chriſtianæ Religionis ortas, complecteretur; ſtatim quidem S. Auguſtinus id laboris in ſe ſuſcipere obtenta operis diffi- culta-

c.21.n.55. — *Ap. Aug. epi 221.* — *Ep. 222. Sup. Lib. XVIII.10. Epiſt. 223.*

(*) Ad hunc Fleurii locum Anonymus I. dicit, Lectores ex Analyſi Epiſtolarum, & Librorum S. Auguſtini, quam his ſuis obſervationibus ſubjunxit, judicaturos, an quidquam ab Adverſariis objectum fuerit, cui S. Auguſtinus reſpondendo non ſatisfecerit. Et addit: *In Analyſi libri de Correptione, & Gratia oſtendam, hunc S. Patrem in hac materia nihil ſcripſiſſe, quod Novatoribus faveat.*

Sæculum V. cultate renuit, & Epiſcopo Quodvultdeus Tracta-
A. C. 428. tus S. Philaſtrii, Epiſcopi Brixienſis, & S. Epipha-
nii, legendos indicavit, ſeque hunc altero plus
facere ſignificavit. Non ceſſavit rogare Quod-
vultdeus, & exarata ſecunda Epiſtola, S. Auguſti-
num permovit, ut faceret, quod petebat; hanc
Ep. 224. ſolam S. Auguſtinus conditionem poſuit, ut tem-
pus ſibi concederet, alia quippe ſupervenerant
agenda, quæ coegerant, ut ipſum opus, quod
tunc elaborabat, dimitteret.

Hoc opus, inquit: *quod coactus dimiſi, eſt re-
ſponſio ad octo libros, a Juliano editos, poſt illos
quatuor, quibus reſpondi. Cum frater meus A-
lypius hos libros Romæ recepiſſet, & necdum o-
mnes potuiſſet deſcribere, noluit oblatam occaſio-
nem amittere, quinque mittendi, promittens, tu
reliquos quoque brevi ſe miſſurum, & fortiter
inſtans, ut reſponderem. Igitur coactus ſum len-
tius in opere, cui incumbebam, procedere; nunc
in librorum meorum Retractatione, atque ut u-
Sup. n. 48. num faciam, & alterum non omittam, in uno
per diem, & in altero per noctem laboro, quan-
tum me ſinunt occupationes aliæ, nunquam non,
& undequaque emergentes.* Stetit promiſſo, at-
que poſt aliquantum tempus tranſmiſit ad Quod-
vultdeus Tractatum de Hæreſibus, in quo hære-
ſes octoginta octo recenſet; initium ducitur a
Simoniacis, & Pelagiani agmen claudunt. Ve-
rumtamen non dicit, ſibi omnes Hæreſes notas
fuiſſe, cum non nullæ earum tam obſcuri nomi-
nis ſint, ut curioſiſſimos effugiant. Nec putat ſe
omnia Hæreticorum, quos nominavit, dogmata
Præf. & peror. explicaſſe, cum ſint aliqua, quæ multi eorum igno-
rent. Huic primo libro mens erat ſecundum ad-
Poſſid. indic. jungere, quo traditurus erat regulas, ad ea co-
c. 5. Iſid. de gnoſcenda, quæ Hæreticum faciunt, & docturus
vir. Illuſtr. qua ratione Chriſtianus ab omni Hæreſi tam co-
c. 9. gnita, quam ignota ſibi caveret; ſed hanc
ſecundam partem ſcribere volen-
tem fata occuparunt.

FINIS QUINTI TOMI.

INDEX